



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De regularibus solis. c. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De regularibus solis.

321^o

duos numeros. vnum inuariabilem, qui vocatur regularis, solaris, ferialis: alium variabilem, qui vocatur cōcurrentis, de quibus breuiter est dicendum. **De regularibus solis.** Cap. 7.

O Idēdū est autē primo quid sit rlaris, vnde dicatur, et vnde habeat ortū, et quot rlares quisq; mensis habeat. Rlaris solis est numerus inuariabilis datus mensi, qui adiunctus concurrētī declarat qua feria septimanę quilibet mensis intret cuius fuerit rlaris. **D** autē rlaris a rla, qz inuariabilis est sicut regula. 3. dist. cap. non. Solaris dicitur ad diāam lunaris, de quo infra dicitur. **H**nt ortuz rlares a martio: nam in mense martii sunt 5. rlares, seu 5. pro rlarī. **M**artius. n. non habuit initium in primo anno mūdi seu seculi: immo dicitur mundus factus fuisse in illo mēse in die quo dicitur 15. cal. aprilis, vel vt alii dicunt 8. cal. Si. n. computes ordine retrogrado dies septimanę vsq; ad calen. martii, inuenies qz quinta feria mundus incepit: si tñ ante martiū fuit: et hęc est causa quare martius quinarū numerū habuit pro regulari. Rlares vero aliorū mensiuz sic formantur. **J**ungas rlares mensis cū diebus eiusdem: et ab illa summa subtrahere 7. quoties poteris, et rlarē sequentis mensis quod remanserit indicabit. v.g. **M**artius habet quinque regulares, et dies eius sunt 31. redige in summam, et sunt 36. subtrahere 7. quoties poteris, et remanet vna dies, que datur mensi sequenti pro regulari. **A**prilis habet 30. dies, et vnum regularem, qui constituunt 31. subtrahere 7. quoties poteris, et remanebunt tres, qui dant martio pro regularibus: et ita de aliis vsque ad martium. **P**ossimus etiam scire mensium regulares per hos versus.

Est atris clare fulgentibus ara deorum.

Grata bonis extat gratissima cuique fideli.

In istis versib. sunt 12. dictiones 12. mensib⁹ seruientes, prima primo, secūda secūdo, et sic p ordinē, sumpto initio a martio, ita qz quota fuerit prima lra alicui⁹ istarū dictionū in alphabeto, tot rlares hz ille mēsis cui seruit illa dictio. v.g. **E**st, est prima dictio, et seruit primo mensi. **M**artio. et **E**, est prima lra istius dictionis, est, et est quinta in alphabeto: ergo martius hz quinque rlares. **I**tem astris est secūda dictio, et seruit secūdo mēsi. **A**prili: et **A**, est prima litera istius dictionis, que est etiam prima in alphabeto: ergo aprilis habet vnum regularem: et sic de aliis.

R r **De**